

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In L. Catilinam, ad Quirites. Oratio XXI.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

ria, neq; humanis cōsiliis fretus pōlliceor vobis Quir. sed multis nō dubiis deorū immortalū significationibus: qbus ego ducibus in hāc spem, sententiāq; sum ingressus, qui iā non procul, vt quondā solebant, ab extero hoste, atq; lōgiquo, sed hic presentes suo numine, atq; auxilio sua tēpla atq; vrbis tecta defendēt. quos vos Quirites precari, venerari, atq; implorare debetis. vt quā vrbē pulcherrimā, florētissimā, potētissimāq; esse voluerūt, hāc oībus hostiū copiis terra mariq; superatis a perditissimorum ciuium nefario scelere defendant.

In hāc spē  
ingressus.

## IN L. CATILINAM, AD QVIRITES. ORATIO. XXI.



REMPUBLICAM QVIRITES, VITAMQVE OMNIUM VESTRŪ, bona, fortunas, cōituges, liberofq; vestros, atq; hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimā, pulcherrimāq; vrbē, hodierno die deorū immortalū erga vos summo amore, laboribus, cōsiliis, periculisq; meis ex flamma, atq; ferro, ac pene ex faucibus fati ereptā, & vobis cōseruatā, ac restitutā videtis. Et si nō minus nobis iucūdi atq; illustres sunt ii dies, quibus cōseruamur, q̄ illi, qbus nascimur: q̄ salutis certa latitia est, nascēdi incerta conditio: & q̄ sine sensu nascimur, cū voluptate cōseruamur: profecto, quoniā illū, q̄ hāc vrbē cōdidit, Romulū ad deos immortales beneuolētia, fama; sustulimus, esse apud vos posterosq; vestros in honore debet dies is, q̄ eandē hāc vrbē cōditā, amplificationemq; seruauit. nā totius vrbis tēplis, delubris, tectis oībus, subiectos prope iā ignes circūdatosq; restinximus, iidēq; gladios in Remp. districtos retudimus, mucronesq; eorū a iugulis vestris reiecimus. Quē quoniā in Senatu illustrata, patefacta, comperta sunt per me, vobis iā exponā breuiter Quirites, vt & quanta, & q̄ manifesta, & qua ratione inuestigata, & comprehensa sint, vos q̄ ignoratis, ex actis scire possitis. Principio vt Catilina paucis ante diebus erupit ex vrbe, cū sceleris sui socios, & huiusce nefarii belli acerrimos duces Romæ reliquisset, semp vigilauit, & puidi Quir. quēadmodū in tātis, & tā absconditis insidiis salui esse possemus. Nā tū, cū ex vrbe Catilinā eiciebā, (nō em̄ iā vereor huius verbi intuidiā, cū illa magis sit timēda, q̄ viuus egressus est) sed tū, cū illū exterminari volebā, aut reliquā cōiuratorum manū simul exiturā, aut eos, q̄ remāssissent, infirmos sine illo ac debiles putabā. Atq; ego vt vidī, quos maxio furore & scelere eē inflammatos sciebā, eos eē nobiscū, & Romē remāssisse: i eo oēs dies noctesq; cōsumpsi, vt qd agerēt, qd molirent, sentire, ac viderē: vt qm̄ aurib; vris ppter incredibile magnitudinē sceleris minorē fidē faceret oīo mea, rē ita cōprehenderē, vt tū demū animis salutē vestrē pvideretis, cū oculis maleficiū videretis. Itaq; vt comperi legatos Allobrogū belli trāsalpini & tumult; Gallici excitādī causa, a P. Lētulo eē sollicitatos, eosq; in Galliā ad suos ciues, eodē itinere cū lris, mādatifq; ad Catilinā esse missos, comitēq; iis adiūctū Vulturciū, atq; huic datas eē ad Catilinā lras: facultatē mihi oblatā putauī, vt qd erat difficillimū, qd; ego semp optabā a diis immortalib; tota res nō solū a me, sed etiā a Senatu, a vobis manifeste deprehēderē. Itaq; hesternō die L. Flaccū, & Cn. Pontinū Prētores fortissimos atq; amātissimos Reip. viros, ad me vocauī, rē oēm exposuī, qd fieri placeret ostendī. Illi autē, q̄ oīa de Rep. p̄clara, atq; egregia sentirēt, sine recusatione, ac sine vlla mora negotiū susceperūt: & cū aduerserasceret, occulte ad pōtē Miluiū puenerūt: atq; ibi p̄ximis villis ita bipartiti fuerunt, vt Tiberis inter eos, & pōs interesset. eodē autē & ipsi sine cuiusq; suspitione multos fortes viros eduxerūt: & ego de Prēfectura Reatina complures delectos adolescētes, quoq; vtor assidue in Reip. p̄sidio, cū gladiis miserā. Interim tertia fere vigilia exacta, cū iam pōtē cū magno comitatu legati Allobrogū ingredi inciperēt, vnaq; Vulturci; fit in eos ip̄tus: educunt & ab illis gladiū, & a nostris: res erat Prētoribus nota solis, ignorabat a ceteris. Tū interuētū Pontini, atq; Flacci, pugna quē erat cōmissa, sedatur: litere, quęcūq; erant in eo comitatu, integris signis Prētorib; tradunt, ipsi cōprehēsi ad me cū iam dilucesceret deducuntur. Atq; horū oīm scelex; improbissimū machinatorē Cimbrū Gabiniū, statim ad me nihil dū suspicātē vocauī. Deinde item accersit P. Statilius, & post eū Cethegus, tardissime aut Lētulus, credo q̄ literis dandis, p̄ter cōsuetudinē proxima nocte vigilarat. Cū vero summis ac clarissimis viris hui; ciuitatis, q̄ audita re mane ad me cōuenerant, lras a me prius aperiri q̄ ad Senatū referri placeret, ne si nihil esset inuētū, temere a me tātus tumult; iniect; ciuitati

Nascēdi cō  
ditio incer  
ta.

Aduēspē  
rasceret.

Vtor cū  
genitio.

Dilucesce  
ret.

videret: negavi me esse facturū, vt de periculo publico, nō ad cōsiliū publicū rem integrā de ferrē. Etem Quir. si ea quę erāt ad me delata, reperta nō essent, tamē ego nō arbitrabar in tātis periculis esse mihi nīmiā diligētiā pertimescēdā. Senatū frequētē celeriter, vt vidistis, coegi. Atq; interea statim admonitu Allobrogū C. Sulpitiū Prętorē fortē virū misi, q; ex ædibus Cethegi si qd telorū esset, efferret. e qbus ille maximū ficarū numerū, & gladiorū extulit. In-  
**Sicæ.** troduxi Vulturciū sine Gallis, fidē ei publicā iussu Senatus dedi: hortatus sum, vt ea quę  
**Vulturci** sciret, sine timore indicaret. tū ille dixit, cū vix se ex magno timore recreasset, a P. Lētulo se  
**de coniura** habere ad Catilinā mādata, & literas, vt feruorū pręsidio vteret, & ad vrbē q̄primū cū exer  
**tione con-** citu accederet. Id autē eo cōsilio, vt cū vrbē oībus ex partibus quęadmodū descriptum, distri  
**fessio.** butūq; erat, incendiissent, cædēq; infinitā ciuū fecissent, pręsto esset ille, q; & fugientes excipe  
 ret, & se cū his vrbānis ducibus cōiungeret. Introducti autē Galli iusturandū sibi, & literas a  
 Lētulo, Cethego, Statilio ad suā gentē datas esse dixerūt: atq; ita sibi ab his & a L. Cassio esse  
 pręscriptū, vt equitatū in Italiā q̄ primū mitteret, pedestres sibi copias nō defuturas: Lētulū  
 autē cōfirmasse ex fati Sibyllinis, Aruspiciq; respōsis se eē tertiu illū Corneliu, ad quē regnū  
 vrbis huius, atq; imperiū peruenire esset necesse: Cinnā ante se, & Syllā fuisse: eundēq; dixisse  
 se, fatalē hūc esse annū ad interitū huius vrbis, atq; imperii, q; esset decimus annus post vir-  
 ginū absolutionē, post Capitolii autē incensionē vigesimus. hęc autē Cethego cū ceteris con-  
 trouersia esse dixerūt, q; Lētulo, atq; aliis cędē Saturnalibus fieri, atq; vrbē incendi placeret:  
 Cethego nīmiū id lōgum videri. Ac, ne longū sit Quirites, tabellas proferrī iussimus, quę a  
 quoq; dicebant datę. Primū ostendimus Cethego, signū cognouit. nos linum incidimus, legi-  
 mus. erat scriptū ipsius manu, & Allobrogū Senatū, & populo, sese q̄ eorū legatis cōfirmas-  
 set, esse facturū. orare vt illi facerēt, quę sibi legati eorū pręcepissent. Tū Cethegus, q; paulo  
 ante aliqd de gladiis, ac de sicis, quę apud se erāt deprehensę, respondisset, dixissetq; se semp  
**Ferramēta** bonorū ferramētorū studiosum fuisse, recitatis literis debilitatus, atq; abiectus, cōsciētia cō-  
**Manū co-** uictus repente cōticuit. Introductus est Statilius, cognouit manū, & signū suū, recitate sunt  
**gnouit.** tabellę. in eadē fere sentētia: cōfessus est. Tū ostendi tabellę Lentulo, & quęsiui cognosceret  
 ne signū. annuit. est vero inquā notū signum imago aui tui clarissimi viri, qui amaui vnice  
 patriā, & ciues suos. quę quidem te a tanto scelere etiam muta reuocare debuit. legunt eadē  
 ratione ad Senatū Allobrogū populūq; literę. si quid de his rebus dicere vellet, feci potesta-  
 tē. Atq; ille quidē primo negauit. post autē aliquanto toto Vulturci iā iudicio exposito, at-  
 q; edito, surrexit: quęsiuit a Gallis, quid sibi esset cū his: quāobrem domū suā venissent: itēq;  
 a Vulturcio. Qui cum illi breuiter, constanterq; respondissent, per quę ad eum quotiesq; ve-  
 nissent, quęsissentq; ab eo, nihil ne secū esset de fati Sibyllinis locutus: tū subito ille scelere  
**Inficiari.** demens, quanta vis consciētię esset, ostendit. nam cum id posset inficiari, repente pręter opi-  
 nionē omnium confessus est. ita eum nō modo ingeniū illud, & dicendū exercitatio, qua sem-  
 per valuit, sed etiā propter vim sceleris manifesti, atq; deprehensū impudētia, qua superabat  
 oēs, improbitasq; defecit. Vulturcius vero subito proferrī literas, atq; aperiri iussit, quas sibi  
 a Lentulo ad Catilinā datas esse dicebat. Atq; ibi vehemētissime perturbatus Lentulus, tamē  
**Lentulus** signū, & manū cognouit. erant autē scriptę sine noīe, sed ita. QVI SIM, EX EO, QVEM  
**ad Catili-** AD TE MISI, COGNOSCES. CVRA VT VIR SIS, ET COGITA, QVEM  
**nam.** IN LOCVM SIS PROGRESSVS, ET VIDE, QVID IAM TIBI SIT NECES-  
 SE. CVRA VT OMNIVM TIBI AVXILIA ADIVNGAS, ETIAM INFIMO-  
 RVM. Gabinius deinde introductus, cum primo impudenter respōdere cœpisset, ad extre-  
 mū nihil ex iis quę Galli insimulabāt, negauit. Ac mihi qdē Quir. cū illa certissima sunt visa  
 argumēta, atq; iudicia sceleris, tabellę, signa, manū, deniq; vniscuiusq; cōfessio, tū multo cer-  
 tiora illa, color, oculi, vultus, taciturnitas. sic em obstupuerāt, sic terrā intuebant, sic furtim  
**Inter se** nōnūq; inter se aspiciēbāt, vt nō iā ab aliis indicari, sed ipsi a se viderent. Indiciis expositis at-  
**aspiciēbāt.** q; editis Quir. Senatū cōsului de summa Reip. qd fieri placeret. Dicte sunt a principibus acer-  
 rimę ac fortissimę sententię, quas Senatus sine vlla mora est cōsecutus. & quoniā nondū est  
**Ex memo-** perscriptū Senatuscōsultū, ex memoria vobis Quir. qd Senat⁹ cęsuerit, exponā. Primū mihi  
**ria exponā** gratię verbis amplissimis agunt, q; virtute, cōsilio, prudētia mea Resp. periculis sit maximis  
 liberata. deinde L. Flaccus, & C. Pōrinus Prętores, q; eorū opera forti fidelisq; vsus essem, me-  
 rito, ac iure laudant. atq; etiā viro forti Collegę meo laus impertit, q; eos, qui cōiurationis  
 participes fuissent, a suis & Reip. cōsiliis remouisset. Atq; ita censuerūt, vt P. Lētulus, cum se

In L. Catilinam. III. Fo. CXXXI.

Præturâ abdicasset, tū in custodiâ traderet. itē vti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, q̄ oēs presentes erāt, in custodiâ traderent. atq; idē hoc decretū est in L. Cassium, q̄ sibi procuratio nē incendendę vrbis depoposcerat: in M. Ceparium, cui ad sollicitandos pastores Apuliam esse attributā, erat indicatū: in P. Furiū, q̄ est ex his colonis, quos Fefulus L. Sylla deduxit: in Q. Manliū Chilonē, q̄ vna cū hoc Furio semp erat in hac Allobrogū sollicitatione versatus: in P. Umbrenū libertinū hominē, a quo primū Gallos ad Gabiniū perductos esse cōstabat. Atq; ea lenitate Senatus est vsus Quir. vt ex tāta cōiuratiōe, tātaq; vī, ac multitudine domestico rū hostiū, nouē hominū perditissimorū pœna Rep. cōseruata, reliquorū mētes sanari posse arbitrarēt. Atq; etiā supplicatio diis immortalibus pro singulari eorū merito, meo noīe decreta est Quirites, qđ mihi primū post vrbē cōditā togato cōtigit: & his decreta verbis ē, qđ vrbē incendiis, cede ciues, Italiā bello liberassem. Quę supplicatio si cū ceteris cōferat Quirites, hoc interfit, qđ ceterę bene gesta, hac vna cōseruata Repu. cōstituta est. Atq; illud qđ faciendū primū fuit, factū atq; trāfactū est. nā P. Lētulus, q̄q̄ patefactus indiciis, & cōfessionib⁹ suis, iudicio Senatus, nō modo Prætoris ius, verū ciuis amiserat, tamē magistratu se abdicauit, vt quę religio C. Mario clarissimo viro nō fuerat, quo minus C. Glauciā, de quo nihil nominatim erat decretū, Prætorē occideret, ea nos religione in priuato P. Lentulo puniēdo liberāremur. Nūc quoniā Quir. sceleratissimi, periculosissimiq; belli nefarios duces captos iam, & cōprehēsos tenetis, existimare debetis oēs Catilinę copias, oēs spēs, atq; opes his depulsis vrbis periculis cōcidisse. Quē qđ ego cū ex vrbe depellebā, hoc prouidebā animo Quirites, remoto Catilina, nō mihi esse P. Lentuli somnū, L. Cassii adipē, nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendā. Ille erat vnus timendus ex his oibus, sed tādiu, dū moenibus vrbis detinebatur. oīa norat, omniū aditus tenebat: appellare, tētare, sollicitare poterat, audebat. erat ei cōt filiū ad facinus aptū. cōsilio autē neq; lingua, neq; manus deerat. Iam ad ceteras res conficiendas certos hoīes delectos, ac descriptos habebat. Neq; vero, cū aliqd mādauerat, cōfectū putabat: nihil erat, qđ nō ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret. frigus, sitim, famē ferre poterat. Hūc ego hominē, tā acrē, tā paratū, tam audacē, tam callidū, tam in scelere vigilantē, tā in perditis rebus diligentē, nisi ex domesticis insidiis in castrense latrociniū cōpulissē (dī cā id qđ sentio) nō facile hanc tantā molē malī a ceruicibus vestris depulissē. nō ille vobis Saturnalia cōstituisset: neq; tanto ante, exitiū, ac fati diē Reip. denūciasset: neq; cōmississet vt signū, vt literę suę, testes deniq; manifesti sceleris deprehenderent. quę nūc illo absente sic gesta sunt, vt nullum in priuata domo furtū vnq; sit tam palā inuentū, q̄ tanta hac in Remp. coniuratio manifeste inuenta atq; deprehensa est. qđ si Catilina in vrbe ad hanc diē remansisset, q̄q̄ quoad fuit, oibus eius cōsiliis occurrī, atq; obstiti, tamē vt leuissime dicā, dimicandū nobis cū illo fuisset: neq; nos vnq; dum ille in vrbe hostis fuisset, tantis periculis Remp. tanta pace, tāto otio, tanto silentio, liberassemus. Q̄q̄ hęc omnia Quir. ita sunt a me administrata, vt deorum immortalū nutu, atq; consilio & gesta & prouisa esse videant. idq; cū cōfessura cōsequi possumus, qđ vix videē humanis consiliis tantā molem rerū gubernatio cōsequi potuisse, tum vero presentes ita his tēporibus opem & auxiliū nobis tulerūt, vt eos pene oculis videre possemus. nā vt illa omittā, visas iam nocturno tēpore faces, ardorēq; cali, vt fulminū iactus, vt terremotus, ceteraq; quę ita nobis Consulibus facta sunt, vt hęc quę nūc fiunt, canere dii immortales viderent, hoc certe Quir. qđ sum dicturus, neq; pretermittēdū, neq; relinquendum est. nam profecto memoria tenetis Cotta, & Torquato consl. cōplures in Capitolio turres de celo esse percussas, cum & simulacra deorū immortalium depulsa sunt, & statue veterū hominū deiectę, & legū ara liquefacta sunt. tactus est etiā ille, qui hanc vrbē condidit, Romulus, quem inauratum in capitolio paruum atq; lactentem vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Quo quidem tempore, cum Aruspices ex tota Hetruria conuenissent, cedes, atq; incendia, & legum interitum, & bellum ciuile, ac domesticum, & totius vrbis ac imperii occasum appropinquare dixerūt, nisi dii immortales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa flexissent. Itaq; illoꝝ responsis tūc, & ludi decē per dies facti sunt: neq; res vlla, quę ad placandū deos pertineret, prætermissa est. iidemq; iusserunt simulacrū Iouis facere maius, & in excelsum collocare, & cōtra atq; ante fuerat, ad orientē cōuertere. ac se sperare dixerūt, si illud signū, qđ videtis, solis ortū, & forum curiāq; conspiceret, fore, vt ea consilia, quę clam essent inita cōtra salutem vrbis, atq; imperii, illustrarent, vt a S. P. Q. R. perspicī possent. Atq; illud ita collocandū consules illi statuerunt, sed tanta fuit operis tarditas, vt

Tradere in custodiā

Religione liberari.

Videte oculis. Prodigia. Memoria teneo. Turres de celo percussas.

## Oratio

neq; a superioribus cōsulibus, neq; a nobis ante hodiernū diē collocaret. Hic q; potest esse tā  
Mente ca- auersus a vero: tā p̄ceptis, tā mēte captus: q; neget hęc oīa, quę videmus, p̄cipueq; hęc vr-  
ptus. bem deorū immortalū nutu, atq; potestate administrari: Eteñ cū esset ita respōsum: cedes, in-  
cendia, interitūq; Reip. cōparari, & ea a perditis ciuibus: quę tū propter magnitudinē scelerū  
nōnullis incredibilia videbant: ea nō modo cogitata a nefariis ciuib⁹, verū etiā suscepta esse  
sensistis. illud vero nōne ita p̄sens est, vt nutu Iouis optimi maximi factū esse videat: vt cū  
hodierno die mane per forū meo iussu & cōiurati & eorū indices in aedē Cōcordiē ducerent,  
eo ipso tēpore signū statueret. quo collocato, atq; ad vos, Senatūq; cōuerso, oīa & Senatus,  
& vos, quę erāt cōtra salutē omnīū cogitata, illustrata, & patefacta vidistis. Quo etiā maiore  
sunt isti odio supplicioq; digni, q; nō solū vestris domiciliis atq; tectis, sed etiā deorū tēplis  
atq; delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati. qbus ego si me restitisse dicā, ni-  
miū mihi sumam, & nō sim ferendus. Ille, ille Iupiter restitit, ille Capitoliū, ille hęc tēpla, ille  
hęc urbē, ille vos oēs saluos esse voluit. Diis ego immortalibus ducibus hanc mentē volūta-  
temq; suscepi, atq; ad hęc tanta indicia perueni. Iam vero illa Allobrogū sollicitatio sic a Lē-  
tulo, ceterisq; domesticis hostibus tanta res tam demēter credita & ignotis & barbaris, cō-  
missaq; litera nunq; essent profecto, nisi a diis immortalibus huic tantę audacię cōsiliū esset  
ereptū. Q; vero vt homines Galli ex ciuitate male pacata, quę gens vna restat, quę bellū fa-  
cere & posse, & nō nolle videat, spem imperiū, & rerū amplissimarū vltro sibi a patriciis homi-  
nibus oblatā negligeret, vestrā salutē suis opibus anteponeret, id nonne diuinitus factū esse  
putatis: p̄sertim q; nos nō pugnādo, sed tacendo superare potuerūt! Quāobrem Quir. quo  
Supplica- niā ad oīa puluinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cū cōiugibus, ac liberis ve-  
tio ad oīa stris. nā multi sępe honores diis immortalibus iusti habiti sunt, ac debiti, sed profecto iustio  
puluinaria res nūq; erepti em̄ ex crudelissimo ac miserimo interitu, & erepti sine cede, sine sanguine, si-  
Iusti hono- ne exercitu, sine dimicatione, me vno togato duce & imperatore vicistis. Eteñ recordamini  
res. Quir. oēs ciuiles dissensiones: neq; solū eas quas audistis, sed has, quas vos meministis, & vi-  
distis. L. Sylla P. Sulpitiū oppressit, ex vrbe eiecit C. Mariū custodē huius vrbis, multosq; for-  
tes viros partim eiecit ex ciuitate, partim interemit. Cn. Octavius Consul armis ex vrbe col-  
legā suū expulit. omnis hic locus acruis corporū, & ciuū sanguine redundauit. superauit  
Lumina ci postea Cinna cū Mario. Tum vero clarissimis viris interfectis, lumina ciuitatis extincta sunt.  
uitatis. Vltus est huius victorię crudelitātē postea Sylla. ne dici qdē opus est quanta diminutione ci-  
uiū, & quanta calamitate Reipu. Dissensit M. Lepidus a clarissimo, & fortissimo viro Q. Ca-  
tulo, attulit nō tā ipsius interitus Reip. luctū, q̄ ceterorū. Atq; illę dissensiones erāt huius-  
modi Quirites, quę nō ad delendā, sed ad cōmutandā Remp. pertinerēt. nō illi nullā esse Rē-  
pu. sed in ea, quę esset, se esse principes: neq; hanc urbem conflagrare, sed se in hac vrbe flore-  
re voluerūt. Atq; illę tamē oēs dissensiones, quarū nulla exitiū Reip. quæsiuit, eiusmodi fue-  
rūt, vt nō recōciliatione cōcordiē, sed internicione ciuū diiudicatę sint. In hoc aut vno post  
hoīm memoriā maximo, crudelissimoq; bello, quale bellū nulla vnq; barbaria cum sua gente  
gessit: quo in bello lex hac fuit a Lentulo, C. Cassio, Cethego constituta, vt oēs, q; salua vrbe  
salui esse possent, in hostiū numero ducerent: ita me gessi, vt oēs salui cōseruaremini. & cum  
Restare. hostes vestri tantū ciuū superfuturū putassent, quātū infinitę cedi restitisset: ratū aut vrbis,  
quantū flamma obire nō potuisset: & urbē, & ciues integros incolumesq; seruauī. Quibus p̄  
tantis rebus Quir. nullū ego a vobis p̄miū virtutis, nullū insigne honoris, nullū monimē-  
tum laudis postulo, p̄terq; hui⁹ diei vestrā memoriā sempiternā. In animis ego vestris oēs  
triūphos meos, ornamenta oīa honoris, monimēta glorię, laudis insignia, condī, & collocari  
volo. nihil me mutū potest delectare, nihil tacitū, nihil deniq; huiusmodi, qd̄ etiā minus di-  
gni assequi possint. Memoria vestra Quir. nostrę res alent, sermonibus crescēt, literarū moni-  
mentis inueterascēt, & corroborabunt: eādēq; diem intelligo, quā spero aternā fore, & ad sa-  
lutē vrbis, & ad memoriā Consulatus mei propagatā. omniq; tēpore in hac Repu. duos dies  
extitisse, quorū alter finē vestri Imperiū, nō terre, sed calī regionibus terminaret. alter eiusdē  
Imperiū domiciliū, sedēq; seruaret. Sed quoniā earū rerū, quas ego gessi, nō est eadē fortuna  
atq; cōditio, & illorū, q; externa bella gesserunt, q; mihi viuendū sit cū illis quos vici ac sub-  
egi, illi hostes aut interfectos aut oppressos reliquerūt, vestrū est Quirites, si ceteris recta sua  
facta profunt, mihi mea nequādo obsint, prouidere. mentes em̄ hominū audacissimorū sca-  
leratę ac nefarię ne vobis nocere possent, ego p̄uidi: ne mihi noceāt, vestrū est prouidere. q̄q̄

## In L. Catilinam. III. Fo. CXXXII.

Quir. mihi quod nihil iam ab istis noceri potest. magnū em̄ in vobis praesidiū, quā mihi in perpetuū comparatū est: magna in Rep. dignitas, quae me semper tacita defendet: magna vis est conscientiae, quā quae negliget, cum me violare volēt, se ipsi iudicabūt. Est etiā in nobis is animus Quir. ut iudicabūt nō mō nullius audaciae cedam⁹, sed etiā oēs improbos vltro semper laceſſam⁹. Quae si oēs impetus domesticorū hostiū depulsi a vobis, se in me vnū cōuerterint, vobis erit puidendū Quir. qua cōditiōne posthac eos esse velitis, quae se pro salute vestra obtulerint inuidiae, periculisque oibus. Mihi quod ipsi quod iam ad vite fructū possit acquiri: praesertim cum neque in honore vestro, neque in gloria virtutis, quae videā alius, quo quidē mihi libeat ascendere. Illud profecto proficiā Quir. ut ea, quae gessi in cōsultatu, priuatus tuear, atque ornē: ut si qua est inuidia in cōseruanda Rep. suscepta, ledat inuidios, mihi valeat ad gloriā, deinde ita me in Rep. tractabo, ut meminerim semper quae gesserim, curēque ut ea virtute nō casu gesta esse videant. Vos Quir. quoniam iam nox est, veneremini illū Iouē custodē huius vr̄bis, ac vestrū, atque in vestra tecta discedite: & ea, quae periculū est depulsum, tamē aequae, ac priorī nocte fecistis, custodiis, vigiliisque defendite. Id ne vobis diutius faciendum sit, atque ut in perpetua pace esse possitis, prouidebo.

### IN L. CATILINAM, IN SENATV. ORATIO. XXII.



IDEO P. C. IN ME OMNIUM VESTRUM ORA, ATQVE oculos esse cōuersos: video vos nō solū de vestro ac Reip. verū etiā si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucūda in malis, & grata in dolore vestra erga me volūtas. sed eā per deos immortales quaeſo deponite, atque oblitū salutis meae, de vobis, ac liberis vestris cogitate. mihi si haec cōditiō cōsultatus data est, ut oēs acerbitates, oēs dolores cruciatuque perferrē, ferā nō solū fortiter, sed etiā libēter, dūmodo meis laboribus vobis populoque Ro. P. C. dignitas, salusque pariat. Ego sum ille Cōsul P. C. cui nō forū, in quo oīs aequitas cōtinet: nō cāpus, cōsularibus auspiciis cōsecratus: nō curia, sum mū auxiliū omniū gentiū: nō domus, cōmune per fugiū: non lectus, ad quietem datus: non denique haec sedes honoris sella curulis vnq̄ vacua mortis periculo, atque insidiis fuit. ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodā dolore in vestro timore sanauī. Nunc si hunc exitum Cōsultatus mei dii immortales esse voluerūt, ut vos P. C. populūque Ro. ex cede misera, coniuges, liberosque vestros, virginesque vestales ex acerbissima vexatione, tēpla, atque delubra, hanc puererrimam patriam omnium nostrum ex foedissima flamma, totam Italiam ex bello, & vastitate eriperē, quaequē mihi vni proponēt fortuna, subeat. Etenim si P. Lentulus suum nomen inductus a vatibus fatale ad perniciē Reip. fore putauit, cur ego nō later metū Cōsultatū ad salutē Reip. prope fatalē extitisse? Quare P. C. consulite vobis, prospicite patriae, cōseruate vos, cōiuges, liberos, fortunaque vestras, populū Ro. nomen, salutēque defendite, mihi parcere ac de me cogitare desinite. Nam primū deo sperare oēs deos, qui huic vr̄bi praesident, pro eo mihi ac mereor relatuos gratiā esse. deinde, si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar, neque em̄ turpis mors forti viro potest accidere: neque immatura consulari: nec Mors forā misera, sapienti. Nec tamē ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atque amantissimi presentis viri, tis viri, tis moerore nō mouear, horūque omniū lachrymis, a quibus me circūfessum videtis. nec nō meā mentē domum saepe reuocat exanimata vxor, abiecta metu filia, & paruulus filius, qui mihi videt amplecti Remp. tanq̄ obsidē cōsultatus mei: neque ille, qui expectans huius exitū diei astat in cōspectu meo gener. moueor his rebus oibus, sed in eā partē, ut salui sint nobiscū oēs, etiā si vis aliqua me oppresserit, potius quae & illi & nos vnā Reip. peste pereamus. Quare P. C. incūbite ad salutē Reip. circūspicite oēs procellas, quae impēdēt, nisi puidetis. nō Tib. Gracchus, Incūbite ad salutem qui iterū Tribunus pl. fieri voluit: nō C. Gracchus, qui agrarios cōcitare conatus est: nō L. Saturninus, qui C. Memmiū occidit, in discrimen aliqd, atque in vestre seueritatis iudiciū adducit, sed tenent hi, qui ad vr̄bis incendiū, ad vestrū omniū cadē, ad Catilinā accipiēdum Romae restiterunt. tenentur literae, signa, manus, denique vniuscuiusque confessio. sollicitantur Allobroges, seruitia excitant, Catilina accersitur: id est inītiū cōsiliū, ut interfectis omnibus, nemo ne ad deplorādum quidem Reip. nomē, atque ad lamentandam tantī imperiī calamitatē relinquatur. Haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iudiciis indicauistis.